

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document est une version augmentée de :
[Mythologia, Venise, 1567 - X \[106\] : De Castore & Polluce](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VIII

[Mythologia, Francfort, 1581 - VIII, 09 : De Castore & Polluce](#) a pour résumé ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X

[Mythologie, Paris, 1627 - X \[106\] : De Castor & Pollux](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X

[Mythologie, Lyon, 1612 - X \[106\] : De Castor & Pollux](#) est une traduction de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia
Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Francfort, 1581 - X [106] : De Castore & Polluce, 1581

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 01/12/2025 sur la plate-forme EMAN :
<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/6155>

Présentation du document

PublicationFrancfort, André Wechel, 1581
ExemplaireRegensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307
Formatin-8
Langue(s)Latin
Paginationp. 1063

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses

- [Castor](#)
- [Pollux](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 25/11/2024

nauantibus eueniunt aduersa, Nereum siue nauigandi peritiam filium Oceani & Tethyos esse dixerunt. qui Nereus, quoniam sapientis est ad multas opportunitates se accommodare, dicitur in varias formas se vertere solitus. Ne quis igitur ob inclementiam Deorum potius, quam ob suam ipsius inscitiam, se naufragium pati, aut perire arbitretur, hæc de ipso Nereo & Nereidibus confinxerunt. Non enim accusanda est diuina clementia, si quis temeritate imprudentiaque sua fretus se in grauissima pericula intruserit, cum Deus prudentes tantum & diligentes, ubi vires defunt humanæ, adiuuare soleat.

De Proteo.

Cum adhortarentur autem ad prudentiam, quæ necessaria est ciuitatibus, & amicitis conseruandis, Proteum non solum virum bonum, sed etiam in omnes formas se vertentem, vt Nereum, introduxerunt. Nam sanè viro prudenti non solum motibus animi moderari ratione & consilio necesse est, sed etiam ad omnes fortunæ euentus, & ad omnes temporum vel personarum opportunitates animum suum accommodare. Id qui facere potest, nostris præcipuè temporibus, plurimum gratia & opibus valet. Sed ego (sic enim meum est ingenium) nunquam prudens in hoc genere existimabor, quia non patitur Genius cuiuspiam adulari, neque possum cum nebulonibus, quorum magna est & latronum multitudo, conuenire. Non tamen illum vitupero, qui id facere possit, cum præsens opportunitas illa postulauerit: nam cum stultis ridendum est. Hanc ipsam prudentiam necessariam magis ciuitatum præfectis, quam priuatis, iudico: quoniam alteris vt omnium sint exemplar, alteris ad honestatem tantum se accommodare opus est. Sic igitur significatur prudenter cedendum esse temporibus, & rebus ac personis pro dignitate tribuendum.

De Castore & Polluce.

Neque verò flammæ illas sine Deo apparere crediderunt, quæ nauigantium antennis vel carthæis insiderent per tempestatis tempora: quæ, vt suo loco dictum fuit, modo certam tranquillitatem prædicarent, modo portenderent perniciem nauigantibus.

De AEolo.

Æolus ventorum, tempestatumque Deus creditus est, non solum quia signis obseruatis ventura multo antè prædicebat, sed